Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



i. egestas / quia per vastacionem solet
belue enemire. ¶ Bellum componitur
duellum — cum duo. et dicitur hoc duellum. li.
duellator — duorum bellum. Unde hic duellator ris
duellio — dicitur qui duellum peregit. et hic duellio
perduellis — onis. i. pugil / et hic duellis lis pro
eodem / unde componitur hic perduellis lis.
qui perseverat et perdurat in duello
belliger — ¶ Bellum etiam componitur belliger a. n.
i. bellum gerens / et belliger etiam
dicitur bellam gerens / sed tunc componitur
a bella et gero vel gerens / et a belliger
belligero — pro primo significato belligero as.
neutrum i. bellare ¶ Bellum etiam
componitur rebellis le. i. repugnans
rebellio — versipellis / vel dicitur a rebello. as.
rebellio — quod est repugnare unde hic rebellio onis /
rebellium — et hoc rebellium. ii. pro eodem. i. repul
sio resistencia et repugnancia ¶ Bel
imbellis — lum etiam componitur imbellis le. i.
fragilis debilis vel pacificus / unde hec
imbellia — imbellia ie. i. debilitas / vel paciencia /
bellipotens — et hic et hec bellipotens tis per composi
cionem dicitur pro deo vel dea belli / et
bellicrepa — bellipotens adiectiue dicitur pro potenti
in bello / et hec bellicrepa pe. per com
posicionem dicitur quedam genus ludi /
cum armis factum sic dictum bellatum
bonosus — a crepo ¶ Item a bonus hic bonosus
si. dictus est quidam episcopus per anti
frasim quia non erat bonus / vel dicendum
bonosiaci — est quod bonosus est nomen primitiuum /
unde bonosiaci dicti sunt quidam heretici
a bonoso episcopo exorti / qui xpm filium
dei adoptiuum non proprium asseruerunt
bombus — Boo. as. i. sonare vel mugire.
Unde hic bumbus bi. dicitur sonus
apium / et etiam est sonus aui. s. trulla /
et similiter pro sono poni potest / et a
bumbus. bumbiso as. i. bumbum facere
vel clamare / et est proprie apium / et hic
bumbix icis dicitur vermis ex cuius
egestione conficitur sericum / unde bumbi
cinus a. n. penultima producta et pos
sessiuum quamuis Iuuenalis eam corripit
licencia poetica ~~oris~~ ut ibi quorum delicias pa
nus. bumbicinus vrit / et hoc bumbi
cinum in. penultima corripitur ad differentiam
possessiui dicitur ipsa lana antequam tingatur /
et etiam textura que ex ea solet fieri
¶ Item a boo / hoc boema atis i. sonus
boatus strepitus / et hic boacinator oris
i. clamosus litigiosus / vel inconstans
et hec bucca ce. i. os vel oris folliculus
vel inflacio / et videtur nomen esse fic
ticium sumptum ex proprietate soni / et
dicitur quasi bolos capiens / unde hec buc
cula le vel buccella le. dicuntur diminutiua
tam pro morsello quam pro parua bucca.
Buccula dicitur umbo etiam scuti / et quedam
pars galee s. crista / et hic bucco onis
dicitur verbosator / qui multum loquitur
et etiam qui multum comedit / proprie
quidam bucco dicitur qui cunctos
oris loquacitate / et non sensu ex
superat. Et bucco as. i. in buccam
ducere / vel etiam buccatum facere /
et sic est actiuum / et buccare i. buccam
facere / et sic est neutrum ¶ Item a boo
vel bucca / hec buccina ne. dicitur quia
sonat vel buccam facit / qui tamen ea
cauit / et dicitur quasi vocina a voce